



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 58. Connubii licentia ab Angliæ Senatu Sacerdotibus data.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

titulo insignis Senatui præeffet: cum æcul. XVI.  
S.A.C. 1548.  
vero sua obsequia huic Nationi minus  
accepta cerneret, haud diu ibidem mo-  
ratus, brevi in Franciam contendit. Ce-  
terum hoc bellum duos adhuc annos  
tenuit, ac nonnisi Anno reparatæ salu-  
tis quingentesimo quinquagesimo supra  
millesimum sancto pacis fœdere finem  
obtinuit.

## §. LVIII.

*Connubii licentia ab Angliæ Senatu  
Sacerdotibus data.*

Interea in Anglia ad decimam quintam Octobris diem Senatus indicebatur: Sanderus de schism. Angl.  
1.2. p. 267.  
ast nonnisi vigesima quarta Novembris  
præpediente pestis violentia hic conven-  
tus celebrari potuit. Primæ illius Ses-  
siones stabiliendis Sacerdotum conju-  
giis insumebantur, ac primo quidem  
duntaxat proponebatur, etiam conju-  
gatis sacri Presbyteratus Ordinem su-  
sciendi facultatem esse concedendam,  
quæ propositio tribus omnibus vicibus,  
nimirum tertia, quinta & sexta Decem-  
bris die fuit prælecta. Postmodum a-  
liud condebatur statutum, vi cuius Pres-  
byteris matrimonium ineundi libertas  
concedebaratur. Hæc decreta inferior,  
quem *communem* appellant, Angliæ Se-  
natus re in quinque Sessionibus probe-

*Hist. Eccles. Tom. XXXIX. U u dis-*

**Sæcul. XVI** discussa approbavit, eaque ad Regni  
A.C. 1548 Proceres transiñit, qui hæc statuta usque  
ad nonam Februarii diem anni sequentis  
in Curia reliquerunt, & tandem eadem  
bis prælecta remiserunt ad quosdam  
Deputatos, erantque isti Helineñis, &  
Westmonasteriensis Episcopi, supremus  
justitiæ Minister, ac generalis Regis  
Advocatus. Porro die decima nona  
Februarii omnes Curiæ Patres hæc de-  
creta rata habuerunt, obstrepebant ta-  
men novem Episcopi, Londinensis, Dun-  
helmensis, Norvicensis, Carleolanus,  
Herfordiensis, Vigorniensis, Bristolien-  
sis, Cicestriensis, & Taffensis præter a-  
lios quatuor Optimates Morlajum, Da-  
crem, Vindesorum, & Whartonum: I-  
pse tamen Rex suo consensu huic im-  
pietati suffragatus est, adeo, ut illo tem-  
pore, quo regno Rex puer præfuit, ac  
quidam Protector novæ hæresis veneno  
ebrius fuit, Sacerdotes a continentiae  
legibus, & Monachi ab omnibus suis votis  
solverentur, atque ex sexdecim Eccle-  
siasticorum millibus, quibus tum Cle-  
rus Anglicanus constabat, nequidem  
expleto Eduardi sex annorum regimine  
ex quatuor partibus tres cœlibatui nun-  
tium mittere adigerentur.

Huic Senatus edicto præfigebatur  
præfatio, in qua præcipue hæc expone-  
bantur capita „ I. Præstaret quidem,

„ us

Sæcul. XVI.

A.C. 1548.

„ ut Sacerdotes, aliique omnes Eccle-  
„ siæ Ministri continentiam colerent  
„ extra Matrimonium, quam quod illud  
„ contraherent. II. Longe melius tunc  
„ ministerii sui officiis defungerentur,  
„ eoquod rei domesticæ cura illis pau-  
„ ciores animi evagationes ingereret.  
„ III. Optandum foret, ut omnes cæli-  
„ batum colerent. IV. Nihilominus con-  
„ sultius videtur, eisdem matrimonii u-  
„ sum permittere, quam prohibere, eo-  
„ quod cælibatus necessitas illos ad va-  
„ rii generis impudicitias induceret,  
„ totque mala procrearet. V. Hanc  
„ ob rem revocata sint omnia decreta,  
„ & Canones, quibus matrimonia Ec-  
„ clesiasticis prohibentur. VI. Proin  
„ Clerici, cujuscunque Ordinis sint, le-  
„ gitime connubio sese jungere valeant,  
„ dummodo ea juxta Ecclesiæ Angli-  
„ canæ statuta ineant. „ Huic legi  
specialis hæc adjiciebatur clausula:  
*Quoniam vero post sex articulorum editum  
matrimonia plurium Sacerdotum tanquam  
non valida, ac nulla fuerint declarata, ac  
certo certius eorum uxores ita separatae  
alibi ad fœcundas nuptias transferint, hinc  
ejusmodi divorcia, atque effectus inde pullu-  
lantes in suo robore persistent. Hæc  
igitur causa cum fuisset coram Clero  
Anglicano proposita, ex potissimum  
sententia, ac suffragio fuit approbata.*

U u 2      §. LIX.